# FRANCISCI
# GALLI, J.C.
# TRACTATUS
# DE
# FRVCTIBVS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

# FRANCISCI
# GALLI
# J.C. BRIXIANI,

AC IN COLLEGIO DD. IVDICVM BRIXIÆ DECANI
*& S. Officii Inquiſitionis Conſultoris,*

# TRACTATUS
# DE FRVCTIBVS

*IN QVO*

OMNES CASUS ET QUÆSTIONES
Quæ de Reditibus, Cenſibus, Decimis, aliiſque Rebus tam Eccleſiaſticis quàm Secularibus, ſub nomine FRUCTUUM venientibus oriri poſſunt, proponuntur, agitantur, & claré dilucidéque ſolvuntur.

*Nunc in lucem editus à* D. BERNARDINO GALLO *ejus Filio.*

OPUS ABSOLUTISSIMUM, OMNIBUS IN UTROQUE
Foro verſantibus valdè utile ac neceſſarium.

CVM SVMMARIIS ET INDICIBVS COPIOSISSIMIS, DISPVTATIONVM,
*nempè,* QUÆSTIONUM, RERUM *&* VERBORUM, *ac &* LEGUM *è toto Corpore Iuris, Paragraphorum ex Inſtitutis & Capitum ex Extravagantibus, quibus Lux intellectuſque infertur.*

GENEVÆ,
Sumptibus SAMUELIS DE TOURNES.
M. DC. XCII.

SERENISSIMO

# PRINCIPI
# FERDINANDO CAROLO
# GONZAGÆ,

## DUCI MANTUÆ, MONTISFERRATI, CARLO-VILLÆ, GUASTALLÆ, &c.

PLURIBUS abhinc annis, *Sereniſſime Princeps*, Celſitudini Tuæ obſequentiſſimus *Parens meus* operoſo deſudabat volumini in quo de Terræ, Aeris, Mariſque fructibus ex legum præſcripto, varia poſteritati mandaret. Verum Auctorem jam parantem fructus colligere, & publico palato deguſtandos offerre, mors intempeſtiva demeſſuit. Ne tamen diù inſultaret Fatum & concepto fruſtraretur voto Pater, domeſtico à veterno excitandum librum, & meliori forma concinnatum, eruditèque Luci exhibendum putavi. Magnum meditanti Auſpicem, ut fert ſcriptorum conſuetudo, unus ſtatim occurriſti, *Sereniſſime Princeps*, quem

# FRANCISCI GALLI
## J.C. BRIXIANI
# DE FRUCTIBUS
## TRACTATUS.

### Primæ Diſputationis
### SUMMARIUM.

1 *Nominis explicatio ſemper præmittenda.*
2 *Etymologia reſoluit vocem in proprium rei effectum.*
3 *Fructus à fruendo, ſive à fruitione dicitur.*
4 *Fructus à ferendo quia in fundo feratur.*
5 *Reditus quid ſignificet & dicitur à redeundo. nu. 6.*
7 *Reditus differt à fructu, & quomodo. n. 9.*
8 *Reditus comprehendit omnem utilitatem ex re.*
10 *Reditus minus ſignificat quam fructus.*
11 *Simile nullum idem.*
12 *Fructus & reditus ſæpiſſime confunduntur.*
13 *Reditus intelliguntur deductis expenſis.*
14 *Reditus & introitus, & intrata differunt.*
15 *Obventiones differunt à fructibus.*
16 *Obventionis nomine veniunt illa, quæ non veniunt fructus nomine.*
17 *Fruges minus important, quam fructus.*
18 *Quæ habent diverſa nomina non ſunt idem.*
19 *Fructus & uſusfructus differunt.*
20 *Uſusfructus non eſt ſi non poteſt quis manu ſua fructus capere.*
21 *Frui poſſe per manum ſuam importat uſumfructum.*
22 *Fructuum diſpoſitio in contractibus intelligitur de primis tantum.*
23 *Fructibus annuis legatis non cenſetur uſusfructus legatus.*
24 *Fructibus certis legatis per verba ad heredem directa ſolum præſtari veniunt. Et quid ſi verba ſint in legatarium, n. 25. & n. 28.*
26 *Verba intelliguntur de primo actu, & quomodo ſub nu. 25.*
27 *Legatum intelligitur de eo quod minimum eſt, & quomodo. n. 32.*
29 *Habitationis legatum intelligitur ad vitam.*
30 *Legatum cum hoc quod ſi legatarius amiſerit, heres refundere debeat, intelligitur de prima vice.*
31 *Legatum die natalis ſua ſtandum intelligitur in perpetuum.*
33 *Legata parte fructuum non intelligitur legatus uſusfructus.*
34 *Legata quantitate fructuum intelligitur ſemel tantum.*
35 *Fructus ſine uſu eſſe non poteſt, & quomodo. n. 37.*
36 *Intellectus ad l. 5. hac ſtipulatione ff. uſufr. quemad. caveat. cum l. 14. per ſervum. §. ſi. ff. de uſu & habit. concordatur.*
38 *Commoditas fructuum eſt facultas utendi fructibus, & quomodo. n. 41.*
39 *Pater habens uſumfructum in bonis filii non tenetur cavere.*
40 *Commoditatem fructuum habens an teneatur cavere.*
42 *Commoditas fructuum differt ab uſufructu tanquam tamen de ſumme.*
43 *Commoditas fructuum finitur finito jure concedentis.*
44 *Commoditas quam habet pater in fructibus filii non finitur morte.*
45 *Prohibitus vendere non poteſt uſumfructum conſtituere, ſed tantum commoditatem fructuum.*
46 *Fructus, reditus, & obventiones ſi hæc nomina cumulentur omnia comprehendunt.*
47 *Et an juriſdictionalia.*
48 *Perſonalia vendi non poſſunt.*
49 *Fructus veniunt nomine pecuniæ & honorum. numer. 50. & intereſſe. n. 51. & incrementi. nu. 52. & damni. n. 53.*
54 *Definitio rei ſubſtantiam, & quidditatem demonſtrat.*
55 *Fructus eſt alimentum hominis, vel animalis immediate vel mediate à terra proveniens.*
56 *Fructus eſt utilitas ex re vel propter rem.*
57 *Fructus eſt omne emolumentum ad hominis utilitatem.*
58 *Definitio debet conſtare ex genere, & differentiis.*
59 *Augmenta accidentalia non ſunt in fructu.*
60 *In fructu ſunt illa quæ ſunt ad uſum hominis.*
61 *Natura fructus propter homines producit.*

A DISPU-

*num.11. Alber. Maſcard. ad ſtat. concl.1. nu.21. Menoch. conſ.268. nu.4. Monet. de decim. cap.1. nu.1.*

In contrarium tamen facit. Quia actor ſequitur forum rei *l.2. C. de juriſd. omn. jud.* Sed decimæ præſtantur & exiguntur à laicis, & per conſequens ſacerdotes, qui decimas exigere volunt debent laicum judicem adire.

Pro reſolutione dicerem ſuper quæſtione facti an quis decimas ſoluerit, vel perceperit ad judicem laicum pertinere. Super puncto autem juris an quis teneatur, vel non ad ſoluendam ſpectare ad judicem eccleſiaſticum, quia eſt jus ſpirituale & ita diſtinguit *Monet. de decim. cap.8. nu.5.*

Declara juxta prædicta quod in poſſeſſorio laicus poteſt eſſe judex *Caſſan. conſ.45. nu.13. Menoch. conſ.757. nu.17.* In judicio tamen adipiſcendæ laicus non poteſt eſſe judex *Menoch. conſ.268. nu.7. Monet. d. cap.8. ſub nu.13. verſ. aliqui etiam Fragoſ. in regim. reipubl. diſp.4. num.360.*

Declara ſecundo ut quoties eccleſiæ favorabile eſt quod laicus ſit judex ad illum recurritur *Caſſan. d. conſ.45. num.48.*

Declara tertio ut in decimis infeudatis judex laicus ſit competens, non enim ſunt amplius ſpirituales *Caſſan. d. conſ.45. num.2. Monet. d. cap.8. nu.15. Fragoſ. ſub d. nu.360.*

Decimo quarto Quæro, De ſpecialitatibus decimarum? Quia decimæ ſunt tributa egentium animarum ut dictum eſt propterea in cauſis illarum apices juris ceſſant.

65 Primo itaque compenſatio † non admittitur in debito decimarum *Pet. Greg. Thol. in ſynt. jur. uni. lib.3. cap.24. num.3.*

66 Secundo teſtes † ſingulares probant in cauſis decimarum *c.1. in extravag. Bonif. 8. tit. de decim. Fragoſ. diſp.15. §.4. num.95. Farinac. de teſtib. quæſt. 64. num.195.*

Tertio appellatio non conceditur in cauſis decimarum *c. cum nobis ext. de decim. gloſ. in c. ſi 9. quæſtio 1. quæſt. 6.* quod fuit innovatum *per ſacr. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 1.* Quod
67 tamen eſt intelligendum † quoad effectum ſuſpenſivum non autem devolutivum *Grattan. deciſ. 100. num.6.*

F I N I S.

INDEX